Audiebantur plerumque convicia
quibus illum turba demonum pro-
tervis vocibus increpabat. Sed
sua scita et vana cognoscens
non movebat. Atte-
stabantur etiam aliqui ex
fratribus audisse se demonem
protervis Martinum vocibus
increpantem cur intra mo-
nasterium aliquos ex fratribus qui
olim baptismum diversis erro-
ribus perdidissent conversos
postea recepisset, exponentem
crimina singulorum. Martinum
dyabulo repugnantem respon-
disse constanter antiqua de-
licta melioris vite conversatio-
ne purgari et per misericor-
diam domini absolvendos esse peccatis
qui peccare desinerent. Con-
tra dicente dyabulo non
pertinere ad veniam criminosos
et semel lapsis nullam
a domino praestari clementiam, in
hec vere fertur exclamasse
Martinus: Si tu ipse o miser
ab hominum insectatione
desisteres et te factorum tuorum
vel hoc tempore cum dies iudi-
cii in proximo est peniteret,
Ego tibi vere confisus in domino
Christi misericordiam pollicerer.
O quam sancta de domini pietate
presumptio in qua etsi auctoritatem

perpetrare non potuit ostendit
affectum. Et quia de diabolo eius-
que artibus sermo exortus est,
non ab re videtur, licet extrinsecus,
referre quod gestum est, quia et quae-
dam in eo Martini virtutis
portio est, et res digna mi-
raculo recte memorie man-
dabitur in exemplo cavendi
si quid deinceps uspiam tale
contigerit. Clarus quidam
nomine adolescens nobilissi-
mus, mox presbyter, nunc
felix beatus excessu, cum
relictis omnibus se ad Martinum
contulisset, brevi tempore ad
summum fidei virtutumque omnium cul-
men emicuit. Itaque cum haud
longe sibi ab episcopi monasterio
tabernaculum constituisset multique
apud eum fratres commorarentur,
iuvenis quidam ad eum Anatholius
nomine sub professione monachi
omni humilitate atque innocen-
tia mentitus accessit, et ali-
quandiu in communi
cum ceteris vixit. Deinde procedente
tempore angelos apud se loqui
solere dicebat. Cui cum fidem
nullus adhiberet, signis quibus-
dam plerosque ad credendum co-
hortabatur. Postremo eo usque
processit ut inter se ac deum